

De Re Criminali,

de nullit. sent. ex defect. proces. num. 38. Salgado, de regia protec. parte 2. cap. 1. num. 132. & sequent. in tantum quod nullitas proveniens ex defectu probationis ex actis resultans impedit executionem trium conformium, pluribus idem Salgado, part. 3. c. 9. num. 26. Cum enim in publicatione censuratur procedatur criminaliter, testes debent esse omni exceptione maiores, Farin. g. 62. numero 22. Guazzin. defens. 33. c. 14. num. 5. plurib. Barbosa, in c. veniens 10. de testib. num. 6. Jus enim Canonicum requirit in teste quod sit non pecunia conductus, sed idoneus, fidelis, & jejunu, c. placuit. 1. de testib. & ibi Doctor. siveque valde perpendendum est per Judices Ecclesiasticos an idonei sint, an fideles an jejuni; ut plutimum enim per delinquentes, chrios, mulierculas, & exemptiones jurisdictionis hæc probantur: & si aliquando per illustriores, principales, attendenda pariter est dispositio, c. in omni negotio 4. de testib. ibi: in omni negotio principialis persona dicens verum de re sibi nota: non enim suffici quod principialis sit, sed addit Pontifex, dicens verum, de re sibi nota. Nonne aliquando per evidentiam constitut testem, si nomen sub quo depositar attendendum esset, mortuum fuisse per annum & amplius? Nonne in aliquo facto per notorietatem apparebat alter, ac per testes dicebatur evenisse? Nonne ex hoc sequitur contemptus ipsarum censurarum; cum Judices excommunicati licet sententiam reverentur, ut debent, quando nullitas est clara, teneantur causam manifestare ne habeant pro incursis; sic docent plures quos congettura Diana, d. tratt. 9. resol. 26. & tandem ex hoc modo proponendi questionem immunitatis executione jam cepera non sequitur quod Judices inauditi, licet nulliter, excommunicati denunciantur? sanè equidem: & tunc cum Tertulliano exclamare fas erit. An hoc magis gloriabitur potestas eorum, quo etiam inauditam damnabunt veritatem? Ceterum inauditam si damnent, preter invidiam iniquitatis, etiam suspicionem mereruntur alicuius conscientie, nolentes audire, quod auditum damnam non possint.

59 Tertiū infero quod Judices aliter procedentes tuti non sunt, cavente Innocentio. Quarto: in cap. 1. de sentent. excomm. in 6. ibi: Superior vero ad quem recurriur sententiam ipsam sine difficultate relaxans, latorem excommunicat. ad expensas, & omni interesse condemnat, & alia panis animadversione condigna, ut pena docente discant. Judices quam grave sit excommunicationum sententias sine maturitate debita fulminare, d. c. fact. in fin. & ibi Barbosa. num. 91. Didacus Perez in tit. 5. lib. 8. ordin. Farin. in fragm. litt. E, num. 42. Sayrus de censur. lib. 1. c. 13. num. 16. Monet. de dyscr. part. 2. quæst. 15. num. 45. Riccius, in præx. quæst. resol. 176. n. 1. & 2. Gibal. d. num. 4. Nec excusationem prætabit, si dicatur, quod hæc secundarij eveniunt, & præter intentionem Judicis censuras fulminantis; nam in condemnatione ad pœnam gravissimam qualis excommunicatione est, absque debitib. probationibus, & parte inaudita ratio hæc non procedit, cum judicem in dolo esse sit certum, ut superiori remanet probatum; & hæc tractant excusationem non præbet incepta illa ratio, non putaram, Cicer. i. de off. Plutare. in Iphicrat. Marth. Temp. part. 1. singular. 14. Iatol. ab Smit. in libell. de consil. prop. 6. Sed hæc ad nos non pertinent, & sic superioribus Ecclesiasticis cognoscenda & temperanda relinquitur. Sufficiat tamen hæc adnotatio de prompta ex tot viris tum in Theologia tum in factis Canonibus peritis, ne contrarium sententi remaneat recursus dicendi aliter ab Ecclesiasticis affirmari.

CONTROVERSIA VIII.

De Adulteria necem viri procurante, & exequente an pœnam Parricidiū incurat, & an in atrocioribus minoribus & cinq̄ annis condemnari possit ad pœnam ordinariam.

SUMMARIUM.

- 1 Facili narratio.
- 2 Uxor mortem viri procurans pœnam parricidiū tenetur.
- 3 Socii criminis parricide eadem pœna puniri debent.
- 4 Cooperantes in crimen principales delinquentes sunt.
- 5 Minorē viginti quinque annis mitius puniendi sunt.
- 6 Minorē etiam in atrocioribus mitius puniendos, sunt qui teneant.

7 Contra

Controversia VIII.

- 7 Contrarium esse verius probatur, præsertim in proximis, pubertati, & dolii capacibus.
- 8 In delictis minoribus non subveniri docuit Vlpianus.
- 9 Qui in leges committit, fruſtrā illarum præsumidit invocat.
- 10 Minor in crimen adulterii non excusat atque.
- 11 Impuberis ex malitia aliquando non subveniuntur pretestu atque.
- 12 L. ferè in Omnibus 108. ff. de regul. jur. expenditur.
- 13 Atatis rationem habendam in pœnas non excludit condemnationem rigidam in atrocissimis.
- 14 Minorē qui in canonem peccant excommunicandi sunt, licet faciliter venant absolvendi.
- 15 Canonicae sanctiones paucos tantummodo excusat, rigorem juris mansuetudine temperando.
- 16 Dispensatio & indulgentia supponit incursum.
- 17 Puberis completa qui atrociter delinquit, nullum privilegium in jure habet.
- 18 Minor post pubertatem completam justa communiorē, & veriore sententiam non subveniuntur.
- 19 De Jure Hispano post decimum, & septimum annum minor condemnatur in pœnam ordinariam.
- 20 Lex Hispania preficit tempus pœna mitiganda in minoribus.
- 21 Lex Hispania ante decimum septimum annum necessitatē imponit Judicibus mitigandi pœnas.
- 22 Post decimum septimum annum non imponit necessitatē condamnandi ad pœnam ordinariam, sed potestatem tribuit.
- 23 Jure recopilationis in delictis ordinariis ut furtum, & lenocinium, pœna ordinaria post decimum septimum annum impunitur.
- 24 Observantia Aule quoad pœnas impoundandas minoribus.
- 25 Deciso Aule in hac causa.
- 26 In Parricidiū crimen omnes tenent reum dolii capacem non excusi ob minorem atatem.

MARIA Romero Adulterium commisit, consuetudinem illicitam cum Josepho Georgio Correas favendo pet plus mensis, quem ex patrimonio D. Laur. Matheu de Re Crim. Pars I.

G. publ.

Qua pœna Maria & Elisabeth punienda essent debitabatur in primis, & quoad Martiam adulterium, expilariet, & parricidam, indubitatum videbatur teneri pœna legis Pompeiæ de Parricidiis, quia Martianus in l. 1. ff. eo. sit. dum parricidas enumerat, ait: uxorem virum, quod & confirmavit Justinianus, §. alia deinde lex institut. de

publ. jud. & de jure Hispano pariter cautum reperitur per l. 12. tit. 8. part. 7. quo inter patentes hoc crimen enumerantur necantes. *O el marido a su mujer, o la mujer a su marido, quæ consilio communii Doctorum calculo recepta est in dictis Juribus: Gloss. in c. fin. de stat. Monachor. Tiber. Decian. lib. 9. crim. tit. 6. 11. Petrus Erodius lib. 8. rer. judic. tit. 6. cap. 16. Mantua. in Enchirid. c. 75. Anneus Robert. rer. judic. lib. 1.c. 14. Clatius, in §. parricidium in addit. lib. 6. Menoch de arbitr. cas. 355. numer. 18. Tuscul. litt. P. conclus. 92. cum seqq. Petr. Greg. Tolos. in syntag. lib. 36. c. 24. n. 1. Farin. q. 120. n. 129. Ceballos, cas. 278. n. 8. & cas. 300. n. 1. cum seqg. Peguera, decisi. 83. ex n. 2. Carter. in prax. tit. de homicid. n. 149. Joan. Bapt. de Thore in comp. tom. 4. verb. pæna uxoris occidere facientis. Ant. Matthæus, d. tit. 6. c. 1. n. 6. ad fin. ex nostris. Covarruvias, in Clement. si furiosus, 2. pari. in princ. n. 9. Gregor. Lopez, in d. l. 12. gloss. 4. Bernar. Diaz in prax. cap. 96. & ibi Salcedo. Pacladorus, rerum quotid. lib. 2. diff. 117. n. 1. Ant. Gomez, var. lib. 3. c. 3. num. 3. & ibi Ayllon. Plazas, in epit. delictor. lib. 1.c. 22. n. 30. Vela, de delict. cap. 27. n. 4. Pichard. in d. §. alia deinde n. 4. inst. de publ. jud. & plenè Solorçano de parricid. lib. 2. c. 13. per tot.*

Quoad Elisabetham verò non liquebat quo gradu affinitatis conjuncta etat cum occiso, sed ex participatione criminis cum uxore pena parricidii teneri certum pariter erat, ex textuali decisione, d. §. alia deinde lex, inst. de publ. jud. ibi: cuius dolo malo id factum est, vel consensu criminis extiit licet extraneus sit: quod & dixerat Ulpianus, in l. utrum 6. in fin. ff. ad leg. Pompei de pat. ibi: proinde consciëtiam etiam extranei eadem pæna afficiendi sunt: neque Marcianus Devia, in d. b. 1. ff. eodem ibi: cuiusvis dole malo factum erit. Quia confirmantur per nostram legem 12. part. ibi: Todos aquellos que diesen aiuda o consejo; porque alguno muriese en alguna de las maneras que de foso diximos,quier sea pariente del que asimuriere,quier estrano, que deve haver aquella misma pena. Per quæ verba non solum sublata est quæcumque differentia ab Interpretibus introducta; sed etiam quæ in ipsis legibus reperitur quoad impositionem pœnae acerbioris, ut sequenti Controversiæ dicetur.

Neque quoad probationem difficult-

tas versari poterat, cùm ambe postquam ex summaria vehementer gravata fuissent urgentissimis indicis, in comminatione torturæ confessæ remanserunt, de adulterio, tractatu, deliberatione, consensu, atque cooperatione in ipsa nece. Maria enim adulterium fassa fuit, ex quo & ex nece patrata in ipsa domo graviter suspecta reddebatur; nam ut Cato dixerat nulla est adultera quæ non eadem si venefica, ex quo inferit Ant. Matthæus, d. n. 6. in fin. ibi: nam si adultera est, in ipsam suscipio criminis recidit. Demum pariter confessa fuit quod sumpta intercam & Adulterum deliberatione ad occidendum januam domus apertam relinqui justi, reos introduci mandavit ad perfidium facinus quando viderat maritum sopore submersum, clavem tradidit ad subuculam & sindones nitidas extrahendum, ipsos aggressores coadiuvando, quorum unum postea vocari fuit ad stolam libythinam cadaveri induendam, nihilque intentatum reliquerat ut facinus tegeretur. Elisabeth in deliberatione interfuit, scienter aggressores introduxit & in ceteris cooperavit, sicque dolo malo ambe opem dederant in ipso parricidio: ex quibus principales delinquentes factas fuisse est dicendum, L. vulgaris, §. si ideo, ff. de furt. l. si ita vulneratus, §. fin. ff. ad leg. aquil. l. si plures, ff. de injur. l. si in rixa, ff. ad leg. Cornel. de seccar. Gloss. in cap. 1. verb. pari pana. ver. in tertio casu, de offic. delegat. plurib. Farin. qu. 96. n. 72. & q. 131. num. 4. cum seqg. Ant. Gomez. de cap. 3. num. 36. & ibi Ayllon. Caballus, cas. 198. per tot. Giurba, cons. 2. n. 50. & cons. 4. n. 4. Ant. Matthæus, lib. 48. ff. tit. 18. c. 4. n. 18. & 19. de quo aliqua dixi de regim. tom. 2. c. 8. §. 8. n. 85.

At difficultas in eo versabatur quod ambe minores vigintiquinque annis diccebantur; Matia viginti tres annos habete ascerebat: Elisabeth sexdecim, ex quibus mitius puniendas allegabatur per Textum, in l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor. l. ferè in omnibus 108. ff. de regul. juris, l. aut facta, §. persona, in fin. ff. de pæna. c. fin. de sent. excomm. cap. 1. & 2. de delict. pueror. c. hoc sit, 26. q. 7. c. intercessorum, c. in adolescentia 33. q. 6. cum alii adductis per Menoch. de arbitr. cas. 329. 6. n. 2. Farin. q. 15. n. 49. & quest. 92. n. 41. Guazzin. defens. 33. c. 17. ex n. 1. plures congerens Didacus. Narbona, de etat. anni 25. quest. 43. per tot. quo communiorum

minorem & veriorem sententiam. conatur probare, mitigandam pœnam minori etiam in atrocissimis, & puberibus, ex quibus inferbatur minimè ad pœnam ordinariam condemnandas esse, sed mitius puniendas.

Sed ut in hoc articulo veritatem emunquam, in primis regulam generalem tradiram ab Ulpiano in l. si ex causa 9. §. nunc videndum, ff. de minor. habemus, nam ut dixit ibi: & placet in delictis minoribus non subveniri, quo universaliter loquitur, & quicumque aliud affirmaverit, onus probandi in se suscipit. Nec adversatur Triphonini responsum, in d. l. auxilium 37. §. in delictis, ff. de minor. cuius verba sunt hæc in delictis autem minor annis viginti quinque non meretur restitucionem: atque atrocioribus nisi quatenus interdum misericordia etatis ad mediocrem pœnam judicem perduxerit. Nam sensus literalis est, in delictis, atrocioribus minor non meretur restitucionem: in aliis vero interdum, id est quando misericordia etatis Judicem ad mediocrem pœnam perducit, nam verbum, sive dictio interdum, præsupponit regulam in contrarium, & denotat exceptionem raro, l. interdum 19. ff. codem, l. interdum in princ. ubi Gloss. & Salicet. ff. de condic. indeb. pluribus Barbol. dict. usus tract. 172. quod explicat clarè idem Triphoninus, in §. seq. quo postquam docet in Adulterio minorum non subveniri, subiungit, ibi: & non si etatis excusatione adversus præcepta legum ei, qui dum leges invocat, contra eas commititur. Et quamvis solet adduci pro contraria sententia tex. in l. si adulterium 38. §. Fratres, ff. ad leg. Iul. de adulter. contrarium ex ipso Textu apparet, ibi: Cum alias adulterii crimen quod pubertate delinquatur non excusat etate, nam & mulieres in jure errantes incesti crimen, non teneri supra dictum est: cum in adulterio commisso nullam habere possit excusationem. Quod Papinius clarissime docet in incestu ratione ignorantiae excusari; in adulterio autem cum ignorantia dari non possit, nullam habere excusationem affimat. Quod confirmat Ulpianus, in l. simor 16. ff. cod. ibi: si minor annis adulterium commisit lege Julia tenetur, quoniam tale crimen post pubertatem incipit. Hoc ipsum probat Ulpianus, in l. 1. §. impubes. 32. ff. ad Sillan. de impubere adhibita distinctione memorata, nempe quando

D. D. Laur. Matthen, de Re Crim. Pars I.

ex imbecillitate custodiā domini postpositus non teneri, neque ad pœnam, neque ad questionem; ita enim dixit Ulpianus ibi: impubes seruos, vel ancillas nondum viropotens non in eadem causa erunt, atas enim excusationem merebuntur. Sed quando participes criminis sunt, & dol. capaces, minime excusantur, sic docet Marcianus, in l. excipiantur 14. ff. eodem. Vbi postquam hanc conclusionem sic explicat, concludit. Qui vero ministri & vel participes cedis suffient, & ejus etatis (quamquam nondum puberis) ut rei intellectum capere possent, his non magis in cause domini quam in illa alia causa parci oportere: quo notanda est regula in fine contenta, nempe, in illa alia causa parci oportere: quia diceret in omni delicto impuberem obligari, sic enim dicit idem Ulpianus, in l. impuberem 23. ff. de furt. ibi: impuberem furtum facere posse si jam dolii capax sit Julianus scribit; & Gaius, in l. pupillum 111. ff. de regul. jur. ibi: pupillum qui proximus puberatio sit, capace esse surrandi, & injurie faciendo, & ratio est: nam in delictis dolus inspicitur, ut omnes Criminalistæ teneantur.

Nec obstant jura in contrarium adducta; nam d. l. auxilium 37. §. in delictis, ff. de minor. jam remanet explicata, suprà num. 7. cum seqg. Textus in l. ferè in omnibus 108. ff. de regul. jur. Non in omnibus causis penalibus etati & imprudentia succurri docuit; sed fere in omnibus, ita ut aliqua iudicia pœnalia repariantur in quibus non succurratur, quæ autem sint hæc, explicat Glossa, nempe atrocitas ut pœna temperatur; interdum, atrocissima, ut nunquam. Quam explicationem sequitur Jacobus Cujacius, in eo Text. ad fin. ibi: Nam & etati, & imprudentia interdum succurrunt, interdum non, quando autem hæc siant jam anteä explicata: ibidem, dicens: in pœnalibus iudicis admodum impuberibus parcitur: puberibus non, nec etiam pubertati proximi, Minoribus etiam viginti quinque annis in delictis, qua veniunt animi desinatio non parcitur. Neque aliud voluit dicere Saturninus, in lege aut facta, 16. §. persona in fine, ff. de pæna. ibi: etatis quoque ratio habeatur: non enim dixit, minorem absolutè excusari contra iura prædicta, sed tantum etatis rationem habendam, ut succurratur.

G. 2. impu-

impuberi, pueri, doli non capaci, vel puberi poena temperetur in delictis que atrocissima non sunt, vel animi destinatione non sunt, l. si frates tui 21. C. ex quib. caus. infam. irrogat. quia solet adiudi ab aliquibus Doctoribus, non loquitur de crimine dolo patrato, sed de exercitio artis iudiciorum, & Text. in l. qui cumque, 4. c. de servis fugit. quae pariter ab aliquibus allegatur, de materia non tractat.

14. Jure canonico hæc ita procedunt, nam Tex. in c. fin. de sent. excom. non negat incursum censurorum in minoribus, sed absolutionem si postulet per Episcopum concedendam disponit, his verbis: cum propter defectum aetas in qua fuit commissus, excessus rigor sit mansuetudine temperandus & nota de quibus minoribus loquatur Pontifex, ibi: pueri qui in canonem inciderunt: & sic qui pueri esse desinunt, sub hijs Textus dispositione minime comprehendi perspicuum est. Quæ interpretatione procedit in cap. 1. & 2. de de-
licto pueror. Textus in cap. paenitentes 63. dist. 50. hoc ipsum demonstrat, ibi: Ju-
venibus etiam paenitentia non facile com-
mittenda est propter aetas fragilitatem,
c. sit 8. 26. quæst. 7. non regulam gene-
ralem constituit in his verbis, ibi: quia aetas & eruditio multam haberi facit
differentiam pene: nam in pueris, five
impuberibus, vel in leviter delinquen-
tibus hec procedere est dicendum. Ut
ex confilio Carragin. habentur in c. si quis
3. 21. q. 5. ibi: quo nec atatem, nec sexum
excusandum esse precipimas. Textus vero
in cap. interfectorum 5. interpretandus est,
prout in ipso refertur, per cap. in adoles-
tentia 14. 33. quæst. 2. ibi: in quo tamen
non regulam constitutimus. Probat enim
hæc iura facilis ratione aetas dispensan-
dum, ut denotat Gloss. in cap. interfe-
ctores, verb. indulgentia, & in cap. in ado-
lescentia, verb. in adolescentia, non autem
quod minores sub dispositione pen-
nali non comprehendantur: frustra
enim per indulgentiam, vel dispensa-
tionem obtinebunt, quæ sub dispositio-
ne regula eis debebatur.

17. Ex quibus clarissime inferitur quod nulla dispositione textuali juvatur qui post plenam pubertatem atrocissime delinquit dolo malo, five ex animi destinatione, ad hoc ut pena tempere-
tur: & licet plures reperiantur Doctores qui benignorem sententiam te-

neant, cum sine lege loquantur, imò contra legum placita, minime sequi-
corum dicta debemus, certior, & com-
munior sententia sit Doctorum tenen-
tium contrariam, nempe in atrocissi-
mis qui pubertatem completam ha-
bent, & atrocissime ex animi destinatione
five dolo malo crimina committunt
pena ordinaria plectendi sunt.
Sic docent Bartol. in l. quis in tantam 18
C. unde vi. & in l. 1. §. nuntiatio ff. de novi
oper. nuntiat. n. 35. Petrus de Bellaperti-
ca in l. 1. C. si adversi. delict. colum. 2. vers.
si autem queritur, & ibi Cynus num. 1.
vers. si de atrociorib. Gandinus de pæn.
reor. num. 30. Dueñas regul. 259. limit. 2.
Plaza in epist. delict. cap. 32. n. 5. Gram-
mat. in Consit. Reg. Neap. tit. de refit.
minor. num. 7, Oddo de refit. in integr.
part. 9. quæst. 80. n. 101. Vulpell. cons. 101.
n. 13. & 14. Cartar. de execut. sent. cap. fin.
num. 125. Joseph. Ludovic. decif. Lucens.
17. n. 55. & 72. cum seqq. Menoch. de
arbitr. cas. 356. n. 43. Vincent. de Franq.
decif. 30. P. Molina de just. & jur. tom. 4.
tract. 3. disput. 36. n. 6. in fin. Farinac. dict.
quæst. 92. n. 107. & 163. Caball. cas. 48.
n. 2. & cas. 134. per tot. Novarr. ad præm.
Neapol. 1. de lenon. collect. 2. n. 9. cum seqq.
Morla in tempor. part. 1. tit. 5. q. 7. n. 6. cum
seqg. Jacob. Cancer. variar. lib. 2. cap. 1.
n. 250. & c. 12. n. 75. Tapia in const. mino-
rum jura. n. 30. Viscontius in add. ad dict.
decif. 230. fraguis. Riccius collect. 1119.
Pascal. de virib. patr. potest. p. 1. c. 10. n. 22.
Thoro in compend. decif. tom. 1. ver. mi-
nor. an succurratur. Cæsar. Caren de offic.
Inquisit. p. 3. §. 6. n. 20. cum seqq. Calda
Pereira in l. si curatorem, verb. vel advers.
dolo, n. 55. Barbos. in collect. c. 1. de adul.
ter. & stupro, n. 3.

Quæ de jure nostro Hispano absque 19
difficultate procedunt per Text. in l. 21.
tit. 1. p. 1. l. 9. tit. 1. l. 17. tit. 14. sed melior
Text. in l. 8. tit. 31. p. 7. ibi: e per ven-
tura el que buviese errado fuese menor de
diez años, y medio no le deve dar ninguna
pena, e si fuese mayor de esta edad, e menor
de diez, y tiene años devén le menguar la
pena que darian a los otros mayores. Quo
aperit prefigurit aetas ob quam om-
nino excusat à pena, nempe usque
ad decimum cum dimidio, & aetas qua
pena temperanda est, nempe usque
ad annum decimum septimum; post
hanc vero aetatem pena ordinaria
imponenda est, quia taxata per le-
gem remanet aetas ad hoc ut pena
tempe-

temperetur, ut notat Gregor. Lopez
in dict. l. 8. gloss. 6. quem sequuntur Aze-
vedo in l. 4. titul. 23. lib. 8. recopil. num. 1.
cum duobus seqq. Anton. Gomez. tom. 3.
variar. cap. n. 63. vers. sed. hadie, qui do-
cuit per hunc Textum, quod in mi-
nor decem & septem annis necessitas
imposita judicibus fuit temperandi
penas, sed in majori hujus aetatis ar-
bitrium reliatum judici imponendi
penam ordinariam, vel mitiorem jux-
ta factorum, & personarum qualitates.
Idem docuerunt Morla in terminis hu-
ius legis dict. quest. 5. numer. 4. in fin.
Plaza dict. cap. 32. num. II. vers. secundo,
licet de nostra lege mentionem non fe-
cerit, sequitur Dominicus Tasso ob-
seruat. Jur. 1. vers. 12. num. 136. Domi-
nus Don Martinus de Larreatigui se-
lectar. lib. 8. cap. 9. num. II. Carranca de
partu. cap. 16. §. unic. num. 30. Cabertos de
metu lib. 2. cap. 45. num. 21. Padilla de
leg. pænal. part. 1. cap. 10. num. 6. Nogue-
rol. allegat. 12. numer. 182. Don Ferdin.
Mendoza lib. 1. de paci. cap. 3. n. 35. Bola-
ños in Curs. Phil. part. 3. §. 9. n. 2. Guazzin.
d. defens. 33. cap. 17. n. 2. Neque negare
potuit hanc conclusionem Didacus de
Narbona d. q. 43. n. 5. & licet ex num. 6.
contrariam acriter tuatur, adversus
Mendozam, loquitur de jure commu-
ni, non autem de jure patrio.

Quod fulcit ex Text. in l. 9. &
23. 10. tit. II. lib. 8. recopil. quo pena or-
dinaria imposta furibus & lenonibus,
imponi caveretur minoribus si decem
& septem annos habuerint, ubi Aze-
vedo in princ. d. l. 9. sic tradit, ex qui-
bus omnibus hoc jure utimur arbitriæ,
sicut quoties gravitas criminis, vel ma-
litia Rei supplet atatem, pena ordinaria
puniatur, quæ tandem facilis impo-
nitur, quanto aetati vigintiquinque an-
norum propior est reus.

Ex quibus facilissima fuit decisio
25 quoad has reas. Nam quoad Ma-
riam quæ major viginti tribus annis re-
petebatur, & adulterium patratar, ex
qua criminis non excusat, ut super-
ius dictum est ex dict. leg. auxiliump
37. §. in delictis, ff. de minor. & aliis
juribus relatis num. 9. & sequentibus, &
ob particidum etiam per Doctores
contrariam sententiam docentium, pe-
na non debuit mitigari, ut docent Fran-
ciscus, Tapia, Farinac. Viscontius Ric-
cius & Pascal. quos refert Thoro ubi su-
pra. Boët. decif. 221. Thesaurus de
D.D. Laur. Mattheu, de Re Crim. Pars I.

cif. 161. num. 5. Caball. dict. cas. 134.
num. 9. Sesse decif. 97. n. 2. tom. 1. & Fon-
tanella decif. 121. num. 14. Quare condem-
nata fuit ad penam ordinariam cum
qualitate acerba particidii juxta no-
stros mores, nempe quod traheretur
ad caudam equi ulque ad supplicium,
& post suffocationem dolio interclusa
projiceretur in flumen, non ut sepul-
tura careret, sed ut ex hac ceremonia
alii terrentur. Elisabeth vero quæ
minor decem & septem annis fuit; pœ-
nam mitiorem suffulit, nempe verbere-
rum, & reclusionis perpetuae: sic pro-
nunciatus, sententia diei 29. Martii
ann. 1667. executioni deductum die 31.
ejusdem mensi. Actuario Antonio Pa-
strana.

CONTROVERSLA IX.

De consciis & participibus in parricidi
crimine quæ pœna puniantur.

SUMMARIUM.

- Quod Josephus Georgius Correa & Bar-
nabas Tobias crimen hoc consumma-
sent, quomodo constabat.
- Pœna culpi an extendatur de jure ad
extraneos consciens & participes Par-
ricidi.
- L. pœna particidii 9. §. 1. ff. ad leg.
Pompei de particid. expenditum,
& n. 6.
- L. utrum 6. cum sequent. ff. cod. tit.
expenditum.
- Participes cum eo qui pœna acerba te-
netur pariter teneri certum est.
- Parricidium commissum in personam
conjugis gravius censetur ac in per-
sonam patris, & n. 7.
- De Jure Hispano certum est omnes par-
ticipes parricidi ea pœna teneri.
- Opem prestantes post parricidium an
eadem pœna puniantur.
- Opem prestare dicuntur in parricidio qui
cadaver sepeliri curat eo animo ne
crimen dereliquerit.
- Officiales criminum comprobationem
impedientes gravius delinquerre di-
cuntur quam privati.
- Ignorantia non possunt juvari, qui cri-
men celare procurant.
- Falsitas in relatione inspectionis Cada-
veris, dolum comprobatur.